



320
20

Z. n. 18.



18. iij.



21

MONIMENTORUM SEPULCHRALIUM
ET
EPITAPHIORUM

PRIMAM ORIGINEM HEBRÆIS
VINDICANS

MEMORIAM
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI

JOHANNIS
GEORGII

DUCIS SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM, AN-
GARLE ET WESTPHALIÆ, LANDGRAFI THURINGIÆ MARCHIONIS MISNIE
ET UTRIUSQUE LUSATIÆ, COMITIS PRINCIPIS HENNEBERGÆ COMI-
TIS MARCÆ RAVENSBERGÆ ET BARBÆ DYNASTÆ RA-
VENSTEINI &c. &c. &c.

PRINCIPIS AC DOMINI ET NUTRITORIS QUONDAM NOSTRI
LONGE CLEMENTISSIMI

DIE XVI. MARTII M DCC XII.

PIE BEATEQUE DEFUNCTI
RECOLENDAM
INDICIT

ET AD

ORATIONEM ANNIVERSARIAM
MEMORIALEM

D. XVIII. IN AUDITORIO ILL. AUGUSTEI MAJORI
GRATIOSE BENIGNEQUE

AUDIENDAM

ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MINI-
STROS UTRIUSQUE REIPUBL. PROCERES ET LITERARUM
CULTORES ET PROMOTORES NEC NON CIVES

ILL. AUGUSTEI

OBSERVANTISSIME DECENTISSIMEQUE

INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS

SS. TH. B. CONSIL. SAXO-QUERF. ILL. AUG. RECTOR ET P. P.



Ut quae *Romani* pleraque sacra Ceremonialia accepisse feruntur a *Graecis* & hi ab *Aegyptiis*: eorum tamen, quae singularem quandam apud ipsos pictaris & honestatis speciem habent, & ipsorum sepulchralium monumentorum & Epitaphiorum vera origo ab ipsis *Hebraeis* repetenda est. Nullum enim sepulchrale monumentum ex profana vel *Aegyptiorum*, vel *Graecorum*, vel *Romanorum* Historia afferri poterit, quod genuinae antiquitatis nota superet monumentum Racheli Dilectissimae conjugi suae à Jacobo Patriarcha exstructum. Literis hoc nobis prodidit scriptor facer omnium antiquissimus Moses Gen. XXXV. 19. & 20. Ubi haec leguntur: ותשב רחל ותקבר כדרך מרתה היא בת לחם על מצבתה היא מב ת קברת רחל עי הויז: *Ita mori uae est Rachel & sepulta est in via Ephrat hab, qua est Bethlehem. Posuit autem Jacob statuam super sepulchrum ejus: Hec est statua sepulchri Rachelis, usque ad hunc diem.* Circumstantiis Itineris Jacobi, Mortis Rachelis, item loci & temporis non immorabimur, sed ipsum sepulchrale monumentum, quod erexit Jacobus, tantum intuebimur. Dicitur illud in his Moses verbis מצבת & מצבת extradice יצב cuius Hiphil h. l. occurrens est *statuit, conscriuit, posuit*: & vi originis hujus מצבת notat rem quancunque postam, sed ratione usus significat *Statuam*, eo sine erectam, ut *instrumentum memoriale* sit, vel beneficii cuiusdam divini insignis, vel rei & eventus cuiusdam singularis, vel eiam superstitionis: Unde partim religiosum est, ut Gen. 28. 18. 35. 14. partim politicum, ut Gen. 35. 45. Esa. 29. 19. partim supersticiosum & illicitum cultus idololatrici, ut Lev. 26. 7. Deut. 16. 22. 1. Reg. 14. 25. 2. Reg. 3. 2. 2. Reg. 17. 10. &c. In presenti loco de sepulchrali monumento adhibetur, quod conservandae memoriae Rachelis & rei h. l. gestae inferre debuit: quale monumentum parare sibi & Absalomus voluisse videtur 2. Sam. 18. 18. ut nominis sui memoria conservaretur, quod nec ipse siluit, referente Scriptore sacro: *Absalomus sumserat & erexit sibi in vita sua statuam, qua est in valle Regis, quia dixerat: non est mihi filius, ut recordentur nomen meum; estque nomen datum statuae de nomine ejus, vocatur namque illa אבשלום* manus Absalomi usque ad diem hunc. Quod vero Absalomus per illam erectam Statuam quaesivit sc. Nominis sui post mortem memoriam & gloriam haut quaquam obtinuit, sed omnem gloriam, ejus impietas convertit in ignomiam. Nam licet statua illa forte diu post Absalomi mortem steterit & servata fuerit, servata tamen tantum fuit in illa memoria Filii Davidis impii & rebellis, & misere extincti. Aliter se res habet cum Statua Rachelis. Illa non tantum aeo Patriarchali & tempore Moses in magno pretio & honore fuit, sed etiam subsequentibus seculis; & nova aetate Peregrinantis & Religiosi ubique honorificam ejus mentionem in suis Itinerariis aliisque scriptis faciunt. Ex Judaeorum Itinerariis celebre est illud *Benjaminis Tudelensis*, in quo p. 47. editionis Cl. L' *Empereur* haec leguntur: וקרו בו בית לחם כחצי טול מצבת קברת רחל על אבן הדרך והמצבה עשויה מאות עשרה אבנים למנוק בני יעקב ועליה כופה בניה על ד' עמודים כל החדים העברים והחמים שבים על אבני המצבה: *Bethlehemo*, ait, *ad dimidium milliare vicinum est sepulchrum Rachelis in vivo, & statua facta ex undecim [duodecim legendum forte fuit] pro numero filiorum Jacobi & super eam testudo edificata est, super quatuor columnas. Judaei vero omnes, qui praetereunt, insculpunt nomina sua, lapidibus Statuae.* Gemina his sunt, quae scribit *Auctor Libri ירו*

יחוס אבות, quem edidit *Hortingerus* sub nomine Cipporum Hebraicorum, p. 33.
 בית להם ותורה קרוב לה קבורת רחל אמנו עליה השלום בדרך ועליה מצבה ופה כמו שני
 חיה מצבה קבורת רחל עי היום ועליה כפה בנין נאה הנה הנה צורתה:
Bethlehem Jehuda, prope eam est sepulchrum Rachelis matris nostrae p. m. in via, cui im-
posita est structura (sic vertit *Hortingerus*, sed potius simplicior retinenda vocis מצבה
 significatio est, *statua*) pulchra, q. d. *Hac est statua sepulchri Rachelis, ad hodiernum*
diem. Tegitur fornice elegantis edificii; cujus hac est figura. Figuram hanc videmus in Au-
 ctore ipso. Nec minus Christianorum, qui per loca S. Palestina peregrinati sunt, suis-
 que oculis Rachelis sepulchrum usurparunt. Itineraria, plena sunt testimonis de statua
 sepulchri Rachelis. In Itinerariis, quæ collegit & conjunctim edidit *Sigmundus Feyer-*
abend sub titulo *Reisebuch des heil. Landes* ed Francofurt 1584. p. 139. legimus: *von dem*
Orth kommen wir zu einem gemauerten hohen Stock, eben als ein grosser Bildstock oder
eine Capelle, da ist die Stadt da die heil. Frau Rabel, Jacob des Patriarchen Weib, auf
der Strasse gebahr Benjamin. und starb da am Kinde, da lies sie Jacob an den Orth
begraben, und lies sie einen ehrsamen Titel oder einen steinern Stock auf ihr Grab bauen,
das Grab haben in Ebron Jüden, Heiden und Christen. Et iterum p. 256. *Daselbst kommen*
wir zu dem Grabe Rabel das auch an der Strasse bey einem grossen num geleget und von den
Jüden oder Heiden mit einem runden Thurm einer Capellen gleich eingefasset worden ist.
Nec non in Brocardi relatione p. 461. Aber gen Bethlehem in die Strade des Herrn, so gegen
Mittag aussen liegt, sind drey Meilen [von Jerusalem] bey welcher auf der linken Seiten
der Weg hergehet, darauf gen Hebron kömmt, und allda einem auch, wenn er ein
wenig auf die rechte Hand schlägt, das Grab der Rahel aufsetzet, dar auf eine schöne Py-
ramis stehet, die Jacob ihr zu ihrem Grab aufgerichtet hat. Et quæ alia plura leguntur
 apud alios Historicos & Geographos. V. *Adrichomius* in Theatro Terræ S. p. 19. *Bün-*
ingius in Itin. p. 4. &c. Sed in his Peregrinatorum relationibus, uti merito admiratione
 censemus dignum, per tot Seculorum intervalla & imperiorum vicissitudines & rerum
 mutationes Rachelis monumentum sepulchrale servatum esse: ita *ἡ ἀρχαία ἑστύμια*, ut
 loquitur *J. C. Wichmannsbausen* in pcc. diss. videri potest, non tam: *utrum monumenta*
ista sepulchralia, quæ à modernis Palestina incolis pro vetustissimis venduntur, pro talibus
reverè habenda sint? quam: *utrum sub eodem schemate & figura, quam machina iisdem*
superimposita hodie præ se ferunt, ab ipsis olim Patriarchis instructa fuerint? Quo de
 omnino subdubitandum est. Certe מצבה Statua, quæ Gen. 35. 45. uno lapide facta legitur,
 advertebat relationi de duodecim lapidibus apud Benjaminum *Tudensim* l. c., quoad
 hoc non siluisse creditur Moses per Exod. 24. 4. & Jos. 4. 5, si idem h. l. factum esset. Sic,
 an tam pulchra & polita Statua fuerit hæc, ut hodie effingitur, & in relationibus istis de-
 pingitur, certo dici non potest, eidemque fere magis & ætatis simplicitas & itineris Jacobi
 ratio contradicit. Et cum *Fr. Quarernius* Montis in Jerusalem Guardianus in Elucidatione
 Terræ S. l. 6. c. 2. aperte fateatur, quod Capella Sepulchro huic imposita sæpius col-
 lapsa & demolita fuerit & continuo restaurata; fierique soleat, ut ejusmodi monumenta
 sepulchralia ad modernam magis rationem reparentur & exornentur, quam ut antiqua
 figura retineatur; non ex hodierno aspectu Statua Rachelis tam polita & pulchra à Jacobo
 ipso exstructa sine omni hesitatione adferri potest. Nec tamen adeo rudem Lapidem
 fuisse hanc Statuam, sed pro illis verbis כיון רחל רחל quæ hodie figuræ æneæ adduntur, olim
 eam ipsam inscriptionem, quam Moysis verba suggerunt: רחל מצבת קבורת רחל: ges-
 sisse cum *Bonifreio* in Gen. p. 277. *Varenio* in Gen. p. 534. *Ag. Struchio* & *Wichmannshau-*
senio aliisque arbitramur, Quæ *ἡ ἀρχαία* etiam hodie in monumento adhuc legi nonnullis
 fertur. Ita ut sensus verborum Moysis in v. 20. is ipse fuerit: *Et posuit Jacob statuam su-*
per

per sepulchrum eius inscriptam: Hæc est Statua sepulchri Rachelis; usque ad hunc diem durans. Nam si statuam illam sine omni *ἄνευ* ἄνευ, indicio, signo & titulo reliquisset Jacob, conservationem, quam tamen intendit, memorie Rachelis, non obtinisset, ne suo quidem tempore, nedum per tot Mundi ætates & secula, & inter tot gentes & horum locorum incolas varios, modo Cananeos, modo Judæos, modo Christianos, modo relegatis Judæis & trucidatis Christianis, teste *Tertulliano*, lib. adv. Jud. p. 224. & *Hieronymo* ep. ad Paulin. p. 564. Ethnicos, modo Saracenos & Muhammedanos. Quod quidem Divinæ Providentiæ & ossa fidelium & memoriam in benedictione custodienti potissimum tribuendum est. Multum tamen facere ad hoc ipsum potuit nervosa hæc & concinna Statuæ Sepulchri Rachelis *ἄνευ* ἄνευ, quæ certe acuta sese commendat brevitate & suavitate adeo concinna, ut, annotante *Cl. Dn. Wichmanshausenio* l. c. §. 18. Lectorem non domulciar tantum, sed & admiratione suspensum teneat. Solum enim, ait, RACHELIS nomen, Statuæ insculptum, segetem virtutum muliebrium amplissimam Matronis cunctis suppeditabat, quas ad virtutum imitationem STATUÆ vox, quæ de propensissimo Mariti in Defunctam testabatur affectu, tacite insimul abripiebat. SEPULCHRI vero mentionem dum Auctor inscriptionis porro hic injicit, suam hanc à Statuæ quacunquæ alia - distinguat, profanumque adeo vulgus & Gentem inprimis Cananæam, ne in Statuam hanc Rachelis ossa custodientem, manus injicerent sacrilegas hortatur., Quo vero hæc & aliæ monumentorum sepulchralium inscriptiones breviores deprehenduntur, eo antiquiores merito judicantur. Hebræorum plures exhibet *Hottingerus* in Cippis & *Buxtorfius* in Lex. Chaldæo-Talmud. p. 971. nec non *Geierus* de Luctu Hebr. c. 6. §. 25. p. 171. Græcorum autem, Romanorum aliorumque Populorum Epitaphia recensent *Demsterus* in notis ad Rolinum p. 447. *J. Kirchmannus* de Fun. Rom. l. 3. c. 18. 19. 20. p. 455. 199. *Omphrius Pandinius*, *Gruterus* de Inscrip. Rom., *P. Aringius* in Roma subterranea, *A. Bosius* in Roma subterranea, *Octavius Boldonius* in Epigraphis. &c. Quemadmodum autem Patriarcharum & Fidelium V. T. monumenta sepulchralia altius repetenda & *exsensu future vite* orta sunt *V. Lurberus* Com. h. l., quæ imitati sunt populi alii: ita & in N. T. Christianorum Epitaphia sublimius quid spirant & fidei & pietatis memoriam commendant & expectationem futuræ resurrectionis confirmant. Quæ de re alia forte occasione fufius mentem nostram exponemus. Impraesentiarum vero anniversariam dum memoriam *Serenissimi Principis ac Domini, DOMINI JOHANNIS GEORGII, Ducis Saxonie, Julia, Clivia & Montium, Angariae & Westphaliae, Landgravi Thuringie, Marchionis Misnie & utriusque Lusatie, Comitis Principis Henneberge & Barbia, Dynastæ Ravensteinii &c. &c. &c. Principis ac Domini & Nutritoris quondam nostri longe Clementissimi pie decenterque recolendam meditamur, Vivum vite & virtutis Epitaphium, quod Imperator Tiberius II. gl. m. omnium optimum judicans sibi in æqualium Virorum Successore constituendum putavit, oculis nostris obversatur, idemque JOHANNIS GEORGII esse, in oratione nostra solemniter commonstrabimus. Illustres igitur Aule Serenissime Ministros, Utriusque Reipubl. Procures & Musæum Æstimatores, Cives item nostras, & quicumque sunt, qui inclayas Virtutes Divi Principis & Nutritoris nostri nobiscum suspiciunt & colant, submille & decenter rogavimus velint honorifica sua præsentia Panegyrii Solennem nostram ornare, & nobiscum hoc Vivum Vite & Virtutis Epitaphium JOHANNIS GEORGII gl. m. Principis contueri & expendere. P. P. Dom. Judica MDCCXXXIII.*

Leucopetra, Litaris G. A. Legii, Aul. & Aug. Typogr.

Nr 885.
40

ULB Halle
001 556 347



3

So.

Witt

2. C.







MONIMENTORUM SEPULCHRALIUM
ET
EPITAPHIORUM

PRIMAM ORIGINEM HEBRÆIS
VINDICANS

MEMORIAM
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI

JOHANNIS
GEORGII

DUCIS SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM, AN-
GARIÆ ET WESTPHALIÆ, LANDGRAFII THURINGIÆ MARCHIONIS MISNIE
ET UTRIUSQUE LUSATIÆ, COMITIS PRINCIPIS HENNEBERGÆ COMI-
TIS MARIÆ RAVENSBERGÆ ET BARBLÆ DYNASTIÆ RA-
VENSTEINI &c. &c. &c.

PRINCIPIS AC DOMINI ET NUTRITORIS QUONDAM NOSTRI

LONGE CLEMENTISSIMI
DIE XVI. MARTII M DCC XII.

PIE BEATEQUE DEFUNCTI
RECOLENDAM
INDICIT

ET AD

ORATIONEM ANNIVERSARIAM
MEMORIALEM

D. XVIII. IN AUDITORIO ILL. AUGUSTEI MAJORI

GRATIOSE BENIGNEQUE
AUDIENDAM

ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MINI-
STROS UTRIUSQUE REIPUBL. PROCERES ET LITERARUM
CULTORES ET PROMOTORES NEC NON CIVES

ILL. AUGUSTEI

OBSERVANTISSIME DECENTISSIMEQUE
INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS

SS. TH. B. CONSIL. SAXO-QUERF. ILL. AUG. RECTOR ET P. P.